Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">  <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



math

sacerdoti et de omnibus / accepit argenteos diceruit. Non licet
eos mittere in corbanam qm pretium sanguinis est. Consilio autem inito eme
runt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach. hoc est ager sanguinis usque in hodi
ernum diem. Tunc adimpletum est quod dictum est per heremiam prophetam
dicentem. Et acceperunt triginta argenteos pretium appreciati quem appre
ciaverunt a filiis israhel et dederunt eos in agrum figuli sicut constituit mi
hi dominus. Iesus autem stetit ante presidem. Et interrogavit eum preses
dicens. Tu es rex iudeorum. Dixit ei iesus. Tu dicis. Et cum accu
sarentur a principibus sacerdotum et senioribus populi. nihil respon
dit. Tunc dixit ei pilatus. Non audis quanta adversum te dicunt testimonia.
Et non respondit ei ad ullum verbum. Ita ut mirarentur preses vehemen
ter. Per diem autem solemnem consuerat preses dimittere eis unum vin
cum quem voluissent. Habebat autem tunc unum vinctum insignem
qui vocabatur barzabas. Congregatis autem illis dixit pilatus.
Quem vultis dimittam vobis barrabam an iesum qui dicitur christus.
Sciebat enim quia per invidiam tradidissent eum. Sedente autem eo pro
tribunali misit ad eum uxor eius dicens. Nihil tibi et iusto illi
nulla enim hodie passa sum per visum propter eum. Principes autem
sacerdotum et seniores persuaserunt populis ut petirent barra
bam iesum autem perderent. Respondens autem preses ait illis. Quem
vultis vobis de duobus dimittam. At illi dixerunt barrabam.
Dicit illis pilatus. Quid igitur faciam de iesu qui dicitur christus. Di
cunt omnes crucifigatur. Ait illis preses. Quid enim mali fecit.
At illi magis clamabant dicentes. Crucifigatur. Videns autem
pilatus. quia nihil proficit sed magis tumultus fiet. accepit aquam la
uit manus coram populo dicens. Innocens ego sum a sanguine iusti
huius. vos videritis. Et respondens universus populus dixit. San
guis eius super nos et super filios nostros. Tunc dimisit eis barzaban
iesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigatur. Tunc mili
tes presidis suscipientes iesum in pretorio congregaverunt
ad ipsum universam cohortem. Et exuentes ipsum. clamidem
coccineam circumdederunt ei. et plectentes coronam de spinis po
suerunt super caput eius. Et arundinem in dextera eius. Et genu